



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ven. Viri Thomæ Malleoli A Kempis, Canonici Regvlaris  
Ordinis D. Avgvstini. Opera Omnia**

**Thomas <von Kempen>**

**Dvaci, 1625**

De recta via iusitorum, ad regnum cælorum. Cap I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45790](#)

motus & perfectus homo te dilexit & diligit in hoc mundo.  
Renouetur semper in me tui amoris sacer & purus affectus : &  
velut ignis desuper accensus, renes meos & cor meum exurat.  
Omnia quoque interiora mea purget & inflammet, ut nūl vi-  
tiosum in me remaneat, quod oculostuꝝ charitatis offendat.

2. O Deus meus, cordis mei scrutator verus, coram te est om-  
ne desiderium meum, & multiplex gemitus meus pro defecti-  
bus meis. Nam præ inopia internæ suavitatis ac charitatis, de-  
ficit saepè spiritus meus. Offero igitur tibi desiderium cordis  
mei, in laudem nominis tui. Accipe vota mea in holocaustum  
matutinum, & oratio mea sicut incensum vespertinum ad te  
ascendat, & placeat in æternum. Amen.

## EPITAPHIVM BREVE,

S E V

## ENCHIRIDION

MONACHORVM.

## CAPITA HVIVS LIBELL.

<b>D</b> e recta via iustorum, ad regnum celorum.	<i>Cap. i.</i>
De bona custodia cordis Christi.	
De frequenti intuōatione nominis Iesu Christi & Marie.	<i>III.</i>
De certamine contra quotidiana uitia.	<i>IV.</i>
De optimis bonis anima.	<i>V.</i>
De vera & interna consolatione anima.	<i>VI.</i>
De recollectione cordis, in silentio oris.	<i>VII.</i>
De remediosis, contra vanam gloriam & laudem.	<i>VIII.</i>
De munditia cordis à uitii & passionibus occultis.	<i>IX.</i>
De vera pace cordis in virtutibus.	<i>X.</i>

## CAPVT I.

*De recta via iustorum, ad regnum celorum.*

1. **V**ia iustorum recta facta est, & iter Sanctorum præpara-  
tum est. Quomodo? Per dolorem & laborem: sic enim i-  
tatur ad regnum celorum. Non est alia via, ad vitam æternam?  
Non. Recta sola via crucis? Ita est. Hanc Christus verbo do-

Aaa 5

quit;

Crux, uni-  
ca ad reg-  
num celo-  
rum via.

746 BREVE CHIRIDIVMONACHORVM.

cuit, & sancto exemplo suo sequendam omnibus prestatendis;  
hanc omnes sancti secuti sunt usque ad mortem, iuxta illam  
Domini sententiam: *Intrate per angustam portam, quae dicit ad vi-*  
*tam* O monache, quid facis in cella? Legio scribo, colligo metta.  
Hac animæ meæ solaria. Bene dixisti. Nam cella monachorum,  
in labore & studio librorum flagrare debet.

*Matt. 7.*

Monachi  
munus in  
cella.

*In choro.**In mensa.**In cena.**Matt. 6.*

2. O clericœ, quid facis in choro? Legio, canticœ, crimina ploro.  
Recte respondisti. Nam chorus clericorum, in canore & iubilo  
psalmorum occupari debet; & Deum corde & ore laudare, sicut  
angeli in cœlo. O religiose, quid edis in mensa? Fel Christi, vul-  
nera penso. Condoleo, numero, per singula vulnera ploro. Iustè  
& optime pensasti. Nam mensa egenorum, in mœrore & fletu  
dolorem Christi versari debet, & Deo regnari. O deuote, quid  
bibis in cena? Bona dogmata, nectare plena. Recte respondisti.  
Nam cena deuotorum, in sacra lectione & sensu verborum de-  
lectari debet. Nonne anima plus est quam corpus? Si sapit bon-  
us haustus in ore, multo melius sapit bonus intellectus scri-  
pturæ in corde.

## C A P V T I I.

*De bona custodia cordis & oris.**Psal. 112.*

1. Dexi, custodiam vias meas; ut non delinquam in lingua mea. Nu-  
quam sis otiosus, nec verbosus, nec curiosus, nec cachin-  
nosus. Ante laborem & in labore memor sis Domini Dei tui,  
ut te custodiat. Semper inter hostes versaris, & inter pericula  
maris fluctuas: ideo incessanter orandum est, ne vincaris à vi-  
tis, & in profundo malorum desperando submergaris. Sta fir-  
miter, & nolis deficere in quotidiano certamine, & à tribus be-  
stias maxime caue.

Aduersus  
bestias  
depugnan-  
dum.

2. Mane certa contra acediam, meridie contra gulam, vespe-  
re contra carnis lasciuiam. Canis vult diu dormire, lupus vult  
multum comedere, asinus vult in strato lasciare. Canem exci-  
ta virga, lupum percute baculo, asinum flagella spinis acutis. Vir-  
ga est timor mortis, baculus est ardor inferni, spinæ passio  
Christi, & sanctorum martyrum cruciatus. His tribus armis vin-  
cuntur vitia carnis.

## C A P V T III.

*De frequenti invocatione nominis Iesu & Mariae.**Psal. 118.*

1. A*Diua me, & saluus ero.* Stude Deum invocare in omni op-  
ere, mane, meridie, & vespere cum sancto Daniele, & iuu-  
beris in omni necessitate corporis & animæ. Iesu habe in cor-  
de, & cris mundus ab omni sorde. Sit auctor Maria sepe in ore, &  
repleboris

